cognoscitur a te. Lozuscus est veniens. ergo illud quod est veniens cognoscitur a te. Unde ad questionem dicendum. quod quodocumque medium terminus vel quilibet alius terminus comparatur vni extremo secundum unam rationem et alteri secundum aliam: ita quod ille rationes non includant se invicem in tali illatione necessario erit accidens. Si autem includant se. bonus erit syllogismus. Ad primam rationem dicendum quod minus est falsa. Ad probationem. cum dicitur. quod maiore existente de necessario et minori de contingenti etc. Dico quod in tali processu medius est sufficienter idem extremis. respectu conclusionis de inesse et de contingenti. quia ibi homo uniformiter accipitur in maiori et minori respectu talis conclusionis. Ad aliud cum dicitur. quod medium in maiori habet rationem partis etc. Dico quod diversitas rationum non causat accidens. quando ille rationes includant se. unde cum identitate medij stat diversitas talium rationum. Si enim medium in utraque propositione acciperetur sub ratione partis vel totius non haberet vere rationem medij. Unde ibi est fallacia secundum quid et simpliciter. Ac si sic argueretur. Medium stricte sumitur in maiori. et ampliatur in minori. ergo variatur etc.

Sequitur questio  
quadragesima octava

Questio quadragesimaoctava

Veniens de illo paralogo  
gismo. Coruscus cog  
noscitur a te. coruscus  
est veniens g. rē. verū  
hic sit fallacia accidentis. Et videt q. n̄  
Nam hic est bonus syllogism<sup>o</sup>. ois  
edificator edificat. album est edifi  
cator. ergo album edificat. hic tñ p  
cedit a re subiecta ad accidens. talis  
pessus ergo non causat accidens.

Item sequitur ergo id quod est  
veniens. cognoscit a te. r sequit id  
quod est veniens cognoscit a te. g.  
veniens cognoscitur a te. Et cū quo  
cunq. stat ois r ois. ergo a primo  
ad vltimum sequitur ergo veniens  
cognoscitur Item palogismus  
ille nō negatur. nisi quia cognosci at  
tribuitur venienti cui.3 reduplicatōe  
vt sit sensus Veniens inq̄tum vel  
niens cognoscitur a te. S.3 videtur  
q. oratio ad hunc intellectū nō limi  
tetur. Ad oppositum est Aris.

Ad questidē dicendum. q. hic  
est fallacia accidentis. coruscus cog  
noscitur a te rē. naz cognosci prius  
attribuitur corusco sub rōne Coru  
sci. Coruscus aute.3 fm aliam rōem  
comparatur ad h. veniens. q. fm q.  
accidit ei cognosci. ppter quod non  
sequit. veniens cognoscit rē. Ad  
primū argumentū Lum dicit Dis  
edificator rē. Dico q. in omni tali  
illatōne est accidens intelligendo q.  
edificare concludatur d̄ albo sub p  
pria rōne albi. q. inest ipsi edificato  
ri sub rōe ppria edificatoris. Si tñ  
intelligitur q. edificare concludatur

de re que est alba. q. inest edificato  
ri cui accidit albedo. sic dici pōt q.  
clusio sequitur. Et sic patet q. hec  
clusio hic qd est veniens cognoscit  
a te. sequitur ex pmissis. Ad  
secundū dō. q. bñ sequit ex pmissis  
id qd est veniens cognoscitur a te.  
sed non sequitur ulterius. id qd est  
veniens cognoscitur a te. ergo veni  
ens cognoscitur a te. Ad tertius  
cum dicitur. q. ille syllogismus non  
negat nisi q. cognosci attribuit  
venienti cum reduplicatōne rē. Dico  
q. oratio nō limitatur ad hūc intel  
lectum. Veniens inq̄tum veniens  
cognoscitur a te. vel album inq̄tus  
album edificat. q. tamen nos non  
dicimus q. aliquid nisi sub propria  
rōne vel p suam similitudinem vir  
tutem cognitiuam inuitet. ido nos  
accipimus hanc ppōnem. veniens  
cognoscitur a te. sub h̄ intellectu. ve  
niens inq̄tū veniens cognoscit a te  
Contra h̄ qd dicebatur q. illa clu  
sio. id qd est veniens cognoscit a te  
sequitur ex istis pmissis Coruscus  
cognoscitur a te. coruscus est veniens  
non tñ sequitur illa clu. Veniens  
cognoscitur a te Si enim clu. vno  
modo accepta sequitur ex pmissis  
r alio modo non. cum diuerse acci  
piones sunt ex parte nostra. ergo ex  
pte nostra accit accipitur. Dico q.  
locus sophisticus ex pte nra nō acci  
pitur. q. n. sic clusio vel alio modo  
accipiat. h̄ est ex pte nostra. Sed q.  
clu. accepta sic sequat ex pmissis.  
r alio mō accepta nō sequat. h̄ non  
est ex pte nostra sed ex parte conclu  
sionis.



Questio quadragesimanona.

Uteritur viz paralogi-  
simus accidentis possit  
fieri negatiue sic affir-  
matiue. Et videt qd n̄.

Nam Arist. in p̄ li. tradit regulam  
quomō debem⁹ cognoscere vbi est  
accēs ⁊ vbi nō. Dicens accidens fit  
quando aliquid similiter attribuit  
rei subiecte ⁊ accidenti inesse. accēs  
ergo non fit qñ aliquid attribuitur  
alicui non inesse negatiue. ergo non  
potest fieri palogismus accidentis.

Item Arist. nec in p̄ lib⁹ nec in  
secūdo elenchoꝝ ponit aliquem pa-  
ralogismū negatiuū. signū ergo est  
qđ solam fiat affirmatiue. Ad  
oppositum. Ex eisdem terminis cō-  
tingit fieri palogismū equiuocatōis  
negatiue ⁊ affirmatiue. ⁊ sic d̄ alijs  
locis sophisticis. videt ergo qđ sit iē  
sit in accēte. Confirmatur ratō quia  
affirmatiō ⁊ negatiō nō diuersificāt  
illatōnem forme syllogistice. nam si  
p̄cessus affirmatiuus sit syllogisti-  
cus ⁊ negatiuus. ergo eadem rōne  
similiter erit in defectibus qđ si pro-  
cessus affirmatiuus deficiat ⁊ nega-  
tiuus deficiat. Ad questōnem  
dicendū qđ palogismus accidentis  
pōt fieri negatiue sicut affirmatiue.  
hoc patet si consideremus regulā p̄  
quam noscere debemus accidens.  
que est. qñ accipitur aliquis termi-  
nus in p̄cessu aliquo includens i se  
diuersas naturas ⁊ rōnes. ⁊ semel  
in illo p̄cessu accipitur p̄ ym̄ illaz  
rationū. ⁊ alia vice in eodē p̄cessu

43  
p̄ alia. Si ille rōnes non includunt  
se prout ad tertius comparantur in  
tali p̄cessu erit accēs. S; terminū  
sic variari contingit in p̄cessu nega-  
tiuo ⁊ affirmatiuo. Et ex h̄ sequit  
qđ accidens potest fieri in prima et  
secunda ⁊ tertia figura. Et h̄ est qđ  
dicit Aristoteles secundo elenchoꝝ.  
Unde si d̄fectus sit in affirmatiuo.  
necesse erit ⁊ in negatiuo p̄cessu.  
Ut si sic arguat. Nulla species cur-  
rit. homo est species. ergo null⁹ hō  
currit. Ponatur enī qđ ois homo  
currat. p̄missæ sunt vere. ⁊ conclu-  
sio falsa per casum. Ergo hic de ne-  
cessitate erit aliquis defectus. s; nō  
alius qđ accidens. Nam cum sic d̄  
Homo est species. accipitur homo  
p̄ut subiacet intentōni. in cōclusiōe  
vero pro re ipsa. quia nūqđ vrimur  
termino pro intentōne nisi quando  
res subiacet intentōni. Aliter enim  
hec esset falsa. Homo est substātia  
quia intentio substātia non est. Et  
similiter hic non esset accidens. ho-  
mo est species. Sortes est homo. s;  
⁊c. quia homo vniiformiter posset  
accipi in maiori ⁊ minori Propter  
hec dicitur qđ accidens potest fieri  
negatiue Ad primū argumentū  
dicendū qđ p̄cessus affirmatiuus  
manifestior est ⁊ potior qđ negatiu⁹  
Unde p̄cessus negatiuus indiget  
affirmatiuo per Aristoteles p̄mo  
posteriorū. Similiter est in defecti-  
bus. quia defectus manifestior est  
in p̄cessu affirmatiuo qđ negatiuo.  
Et ideo Aristoteles suam regulā  
dedit in affirmatiuo. Ad secūdū

Dicendum q̄ licet Aristoteles non posuerit exempla in processu negatiuo. hoc tamen non concludit. quin accidens possit fieri negatiue. quia Aristoteles posuit exempla ubi de factus est manifestior. Preterea ipse ponit exempla que ad affirmationem et negationem reduci possunt. Ponit enim tale exemplum. *Coru sensus est alter a sorte et. et i ly alter includitur quedam negatio. Uel potest dici ad primum argumentum. cum dicitur q̄ accidens sit quando aliquid assignatum fuerit rei subiecte et accidenti similiter inesse. q̄ hec perpositio se extendit ad affirmationem et negationem. Ita ut iste sit sensus propositionis. Accidens sit quando aliquid assignatum fuerit rei subiecte et accidenti similiter inesse affirmatiue vel negatiue. Nam Aristoteles in p̄ prior. diuidens omnem propositionem dicit q̄ omnis propositio aut est de inesse aut de necessario inesse. aut de contingenti inesse. Et s̄m quolibet combinationem propositio de inesse potest esse affirmatiua et negatiua*

### Questio quinquagesima

Veritur circa fallacias  
 s̄m quid et simpliciter  
 Et primo veritur sit fallacia extra dictionem.

Et videtur q̄ non. Nam per Aristotelem. Loci in dictione simpliciter peccant contra contradictionem. Loci autem extra dictionem contra syllogismum. Sed secundum quid et simpliciter speciatim peccat contra contradictionem. Quia dicit Aristoteles in secundo huius q̄ paralogismi qui sunt s̄m quid et simpliciter solvendi sunt considerando conclusionem ad contradictionem ergo et. Item ille locus est in dictione qui accipit principium apparentie a parte vocis. quia loci extra dictionem accipiunt causam apparentie a parte rei. Sed fallacia s̄m quid et simpliciter accipit suam apparentiam a parte vocis. ut hic. est homo mortuus. ergo homo. Si tamen loco totius aggregati homo mortuus poneretur cadaver sic dicendo Cadaver ergo homo. hic non est s̄m quid et simpliciter. cum deficiat apparentia. ergo et. Oppositum dicit Aristoteles ponendo septem locos extra dictionem. Ad questionem dicendum q̄ fallacia s̄m quid et simpliciter est locus extra dictionem. Nam cause apparentie distinguunt locos sophisticos. Sed cause apparentie in s̄m quid et simpliciter est convenientia alicuius dicti s̄m quid ad idem dictum simpliciter. Cum ergo ex parte rei accipitur causa apparentie. sequitur q̄ sit locus extra dictionem. Verum tamen intelligendum est q̄ convenientia vocis ad vocem alicuius dicti s̄m quid ad idem dictum simpliciter. cooperatur ad istas

deceptōnem. Nec tamen est p se cā  
 apparentie in scdm quid z simplr  
 Sed ecōuerso est in fallacia figure  
 dictōis-nam ibi identitas rei inter  
 suppositum z suuz cōmune coope-  
 ratur ad deceptionem in tertio mō  
 figure dictōis. Et tamen similitudo  
 vocis ad vocem est per se causa ap-  
 parentie figure dictōis. E conuerso  
 est ex parte ista Nam conuenientia  
 rei dicte fm quid ad idem dictum  
 simpliciter. est causa apparentie per  
 se in fm quid z simpliciter. tamen  
 conuenientia in voce ad istam dece-  
 ptionem coapatur Ad p̄mū  
 argumentuz dico q̄ minor est falsa  
 Unde dico q̄ scdm quid z simplr  
 per se peccat contra illatōnem. z nō  
 p se contra contradictōnem. Ex ap-  
 parenti enim contradictōne que ac-  
 cipitur in p̄missis infertur vera con-  
 tradictio in conclusione p̄pter real-  
 lem cōuenientiā inf fm quid z sim-  
 pliciter. Hoc patet si sic arguatur.  
 Ethiops est niger. z nō est niger in  
 dentibus. ergo est niger z nō niger  
 Propter enim conuenientia z nigri  
 in dentibus ad nigrum simpliciter.  
 ex negatōe nigri i dentibus ab ethi-  
 ope. concluditur negatio nigri sim-  
 pliciter ab eodem. vnde per se peccat  
 contra illatōnem vel syllogismū  
 z non contra contradictōem. quia  
 nulla propositio est ibi multiplex si-  
 cut in locis in dictōe. Ad secun-  
 dum dico q̄ minor est falsa. Ad p̄  
 batōnem eius dico q̄ conuenientia  
 in voce est d̄ bene esse istius fallacie

z non de esse simpliciter. Et si sit de  
 esse. nō tamen est sicut causa prima  
 apparentie. Sed conuenientia in voce  
 facit q̄ paralogismus scdm quid z  
 simpliciter appareat syllogismus.  
 Nam si sic dicatur. Hoc non est ho-  
 mo z est cadauer. ergo est homo z  
 non est homo. hic nulla est apparen-  
 tia syllogismi. Si tamen diceretur  
 sic. Hoc non est homo et est homo  
 mortuus. ergo est homo z non est  
 homo. hic est apparentia syllogismi  
 Unde conuenientia in voce facit q̄  
 paralogismus scdm quid z simplr  
 appareat syllogismus. Eius tamen  
 causa apparentie per se a parte rei  
 accipitur.

Questio quinquage  
 sima prima.

Veritur vtrum ab ali  
 quo sumpto cu3 deter-  
 minatione diminuitente  
 ad sumptū simpliciter

teneat osequentia. Et hoc est q̄rere  
 vtrum hec consequentia teneat. est  
 homo mortuus. ergo homo. Et vi-  
 detur q̄ sit bona. Nam quod intel-  
 ligitur in aliquo sequitur ad ipsum  
 sed homo intelligitur in hoc. homo  
 mortuus. Nam hic est oppositum  
 in adiecto. homo mortuus. Quod  
 patet si diffinitōes p̄o nominibus

ponantur. Nam homo est habens vitam. & mortuum privatum vita Intellectus ergo hominis vt opponitur mortuo intelligitur in hoc antecedente. homo mortuus. ergo sequitur ad ipsum. Item. Non obstante oppositōne mortui ad hominem. sequitur Homo mortuus ergo mortuum. Cum ergo Homo opponatur mortuo sicut cōuerso. sequitur Homo mortuus ergo homo. Item. Significans dictio nis post eius impositionem. est sibi essentialis. Sed homo significat veram naturam. hoc ergo est sibi essentialis. Sed poni in oratiōe cū aliquo est sibi accidentale. Cum ergo accidens non permutet essentialis. sequitur homo mortuus ergo homo.

Oppositum vult Aristoteles.

Ad questionem dicendum quod ab aliquo sumpto cum determinatione importante naturam oppositum ad idem sumptum sub propria ratione non valet consequentia. hoc manifestat Boetius supra librum Peribermienias. Ubi dicit quod non sequitur Homerus poeta est. ergo homerus est. quia primo esse attribuitur Homero sub ratione poeti & in consequente sub propria ratione Ideo non sequitur. Similiter Est Homo mortuus ergo homo.

Dubium tamen est utrum in isto antecedente homo mortuus. ponatur vera natura hominis sub determinatione tamen sibi repugnante. An hoc totum homo mortuus. dicat quendam intellectum oppositum

homini. Sed quocumque modo dicatur. Dicitur potest quod consequentia non valet. Si primo modo tunc certus est. cum homo in antecedente accipiatur cum determinatōne sibi repugnante. quod ad idem sumptum sub propria ratione non tenet consequentia. Si secundo modo dicatur. tunc manifestus est defectus. apparentia tamen est. quia illud cuius intellectus constituitur per hoc quod dico homo mortuus. assumitur latet homini in dimensionibus et figuratōnibus. Secundum tamen alii quos priusmodum magis competit eis que dicuntur secundum hanc fallaciam Nam hec fallacia fit quando ab aliquo sumpto secundum quid ad idem sumptum simpliciter proceditur.

Contra hoc potest argui. Nam sequitur Homo albus currit ergo homo currit. Sic tamen attribuitur predicatum ipsi subiecto sub ratione albi. Sed esse albus est secundum quid esse respectu hominis. Dicendum est quod sequitur Homo albus currit ergo homo currit Sed tamen non sequitur sub ratione qua hoc est secundum quid. & illud simpliciter. Sed quia esse albi simpliciter. presupponit esse hominis ideo sequitur. Ad primum argumentum dicendum. quod inter istas partes Homo mortuus vt respectu tertij accipiuntur non est oppositum in adiecto. Sed inter istas partes diuisim acceptas. Vel inter totum aggregatum & alteram partem. est oppositum in adiecto. &c. sicut ostendit Boetius vbi supra.

Dicit enim q̄ qui dicit manū mar  
moream esse statue v̄z dicit. Sed  
qui dicit manū esse statue non verū  
dicit. q̄ manus habet potestatem  
dandi ⁊ recipiendi. sed manus mar  
morea non. Similiter oppōnem q̄  
est inter partes manifestat ibidem.  
dicitis q̄ homo importat vitā hīs  
S̄ mortuū importat priuatū vita.

Sed si arguas. q̄ oppō est inter  
pres non impedit n̄iam. eo q̄ a pte  
ad partem nō p̄ceditur. sed a toto  
ad partem. Dicendus q̄ hoc nō obi  
stante oppō int̄ pres impedit n̄iaz.  
q̄ cum aliqua d̄terminatio importat  
naturam oppositam suo determi  
nabili. tunc ex adiunctōe determi  
natiōis cum determinabili resultat  
quidaz intellectus. qui est s̄m quid  
respectu illius determinabilis. Un̄  
intellectus d̄terminabilis s̄m quid  
ponitur. p̄pter quod p̄cedere a tali  
aggregato ad talem ptem facit s̄m  
quid ⁊ simpliciter. Ad secundū  
dicendum q̄ sequitur hō mortuus  
ergo mortuus. q̄ homo accipit in  
ante sub rōe mortui. ⁊ ideo sequit̄.  
homo mortuus. ergo mortuū. sed  
q̄ homo sub pp̄ria rōe nō ponitur  
in ante. id non sequitur hō mortuū  
ergo homo. Ad tertium cum d̄  
significatū dictionis est ei essentiale.  
Dicendus q̄ homo in hoc aggrega  
to ponit naturā hominis sed t̄n sub  
rōe mortui. ⁊ ideo nō sequitur. T̄n  
tenendo q̄ homo ponat naturā pi  
priam que est esse viuū. ⁊ mortuus  
similiter suū s̄ḡtum ponat qd̄ est  
esse priuatū vita. T̄nc potest dici  
q̄ i hoc ante homo mortuus. inclu

duntur duo opposita. Et tunc forte  
potest dici q̄ v̄trūq̄ sequit̄. Si t̄n p  
hoc qd̄ dicitur homo mortuus in  
telligitur corpus priuatū vita. ⁊ d̄  
quidem corp̄ simile est corpi viuū  
in linearionibus ⁊ dimensionibus.  
tunc posset dici q̄ n̄ia non valet. et  
tunc posset dici ad argumentum q̄  
inter ly homo. ⁊ ly homo mortuū.  
est oppositum in adiecto.

### Questio quinquagesima secunda.

Veritur circa hanc p  
pōnem. ego dico falsus  
Et p̄ v̄z terminōis  
possit supponere p to  
ta ppōne cuius est pars. Et q̄ non  
ostenditur. q̄ in ppōne vniuersali  
affirmatiua p̄dicatum denotatur  
cōuenire omni p̄tento sub subiecto  
Si ergo alicui denotet nō cōuenire  
illud sub subiecto non continetur.  
Sed qui dicit omnem ppōem esse  
veram vel omnia esse vera. nō dicit  
suum dictum esse verū. Sed si ter  
minus supponeret pro tota ppōne  
cuius est pars. sequeretur q̄ dicens  
omnia esse vera: diceret suā ppōem  
esse veram. ergo r̄c. Item qui ne  
gat omnem loquelam ponit loq̄laz  
⁊ non nisi eam quam p̄fert. Sed si  
loquela supponeret pro illa loquela  
cuius est pars. sequeretur q̄ qui di  
ceret omnem loquelam esse falsam  
diceret suam loquelam esse falsam  
Item impossibile est idez esse to  
tū v̄c. ⁊ ptem integram respectu  
eiusdem. Sed si ps supponeret p  
toto hoc sequeretur. nam sic dicto

Omnis ppō est vera. ppō est pars  
integralis huius totius. et put de  
ista ppōne predicatur est idem isti  
ppōni sicut homo ut dicit de sorte.  
est idem sortis ergo rē. Preterea  
sic dicto. Omnis ppō est vera. si ly  
ppō supponeret p ista ppōne cui?  
est pars. sequitur q idem esset totū  
integrale et pars integralis respectu  
eiusdem. Vel potest ratio aliter de  
duci sic. Intellectus totius resultat  
ex partialibus intellectibus partiū.  
sed sic dicto. intellectus ppōnis est  
intellectus intellectus huius qd di  
co ppō: est intellectus prialis totius  
et si p toto supponeret intellect?  
adequaretur toti Sed hoc est tra  
dōem acceptionem. que est qd omne  
totum est minus sua parte. Ites  
illud extra cuius intellectum est ps  
integralis. non constituit intellectus  
totius aggregati ex illo et alio. Sed  
si dicatur ppō est vera extra intelle  
ctum huius termini ppō est h esse  
vera. ergo hoc qd dico ppō ut est  
pars huius. huic toti non adequat  
S; si supponeret p ea toti adequa  
retur. Ad oppositū est Aristo.  
in fine quarti. dicens. Qui dicit oia  
esse falsa dicit suū dictū esse falsū.  
sed hoc nō stare nisi pars rē. Dicit  
posset q Aristote. non arguit ibi o  
virtute sermonis. sed soluz fin opi  
nionem aliorū qui dicebant omnia  
esse falsa. Sed illud non videt ver  
nam Aristo. p illaz ppōnem arguit  
otra eos et de virtute sermonis. q;  
si ipsi concederent dictum suū esse  
falsum. contra eos non argueret.

Item hoc patet per dici o omni.  
nam sequitur. omnis ppō est falsa  
hec ppō est ppō. ergo hec ppō est  
falsa Item ista contradicūt. Dis  
ppositio est vera. non omnis ppō  
est vera. tūc quero utrū in ista ppō  
sitione. omnis ppositio est vera sup  
ponat ly ppositio pro hac ppositioe  
vel non. Si sic habetur ppositum.  
Si non supponit p hac sed pro oī  
alia ab hac. tūc supponit pro sua cō  
tradictoria que est ista. non omnis  
ppositio est vera. Cum ergo in con  
tradictoriis termini supponant pro  
eisdem: in ista. non omnis ppō est  
vera supponet terminū p ea. Ites  
terminus supponit pro eo quod na  
turam eius participat si nō dicitur.  
cū ergo hec ppositio cuius ly ppō  
est pars. non minus participet natu  
ram ppōnis q̄ quolibz alia. sequit  
q pro illa supponere potest sicut p  
qualibet alia quare rē Pro solu  
tione istius quēstōnis est primo in  
telligendum q terminum pro alio  
supponere nihil aliud est. q̄ intelle  
ctum suum pro alio ponere in quo  
tamen saluatur ut in parte subiecta  
Alterius intelligendū est q qui  
daz sunt termini qui signat naturas  
determinatas nō tamen de cplexis  
dicibiles. ut hō et animal et hmoi.  
Alii sunt termini qui signat cōplexa  
sed tamen non modo complexa. s; p  
modum simplicis apprehensōis  
cuiusmodi sunt enūciatio ppositio  
loquela et multa alia. Alij aut sunt  
termini qui signat res dicibiles. de  
complexis et incōplexis. cuiusmodi

sunt ens et unum et quantum &c.  
De terminis autem primis non h3  
questō locum, sed solum de secūdo  
genere et tertio terminorū. In illis  
enim idem pōt esse pars integralis  
et totū v'l e. nam hec est vera. Omne  
totum est maius sua parte, que est  
quoddam totum. Et sicut hec Ois  
oratio vera est oratio et sic de alijs.

Tertio intelligendū est qd licet in  
rebus nature, vel in terminis signi-  
ficantibus res nature, nihil vnuz et  
idem possit esse pars integralis et to-  
tū v'l e nisi equiuoce, sicut corpus  
est pars animalis et genus equiuoce  
qz alia est ratio totius et partis. Et  
etiam alia res est totū et pars, tñ in  
ratione vt in terminis, ppositio nihil  
prohibet vnum et idem esse totū  
v'l e et etiam pars integralis. Intel-  
lectus enī potest apprehendere ali-  
quod cōplexū et sibi nomen impo-  
nere dicibile vniuoce de quolibet alio  
complexo. Et cum eodem termino  
non mutato s'm significationem nec s'm  
modū signifiandi pōt aliquod pponere  
Et terminus cōis si non contrahat  
potest supponere indifferenter p oī  
eo quod eius naturā participat, vel  
formam significatam p terminum  
Et cum hec ppositio non minus  
participet formam significatam per  
terminū qz quolibet alia ppositio  
sequit qd pro hac potest supponere  
sicut pro qualibet alia. Unde pposi-  
tio tripliciter pōt considerari. Uno  
modo inq̄tū est predicabile d̄ hac  
propositione et illa, et sic est totū v'l e.  
Alio modo prout constituit orōnes

46  
cū predicato, et sic est pars integralis  
totius propositionis. Tertio modo  
prout verificat pro hac propositione  
et sic est totū integrale, sicut et hec  
propositio. Vñ si dicatur ppositio  
est, h3 ppositio inq̄tum predicat  
de hac est totū vniuersale respectu  
istius propositionis, inq̄tum tamen  
cum hoc qd dico est, constituit ora-  
tionem, est pars eius integralis, in-  
q̄tum autem pro hac eadem veri-  
ficatur est totū integrale. Unde  
ad questionem dicendum qd pars in-  
q̄tum pars, pro tota propositione  
supponere non potest. Sed tamen  
illud quod est pars, non variatum  
s'm significatū, nec s'dm modum  
significandi, potest respectu eiusde;  
habere rationem totius vniuersalis  
Unde sic dicto, ppositio est vera  
Dic h3 ppositio supponit pro hac  
propositione prolata cum formā pro-  
positionis participet sicut et pro qua-  
libet alia. Ad primū argumentū  
dō, qd qui dicit omnem propositionem  
esse verā dicit illā propositionem quā  
profert esse verā et non esse veram  
sed alia habitudine et alia. Nam per  
virtutem dici de omni, dicit suam  
esse veram sicut et omnem aliam.  
Sed per naturam primi principii,  
dicit suam nō esse verā, nā sequitur  
Ois ppositio est vera, gō d̄ dicto  
ria istius propositionis est vera, et se-  
quit per naturam primi principii,  
contradictoria isti ppositio est  
vera, ergo hec non est vera. Unde  
hoc sequitur per discursum ratio-  
nis, et non per dici de omni, &c.

Ad secundū dicendum q̄ qui  
interimit omnem loquelaz virtute  
dici de omni negat suam loquelaz.  
sed quia non potest negare loqlam  
nisi p̄ loquelam. ideo per actum ex  
erectum ponit loquelam virtute tñ  
dici de omni negat suam sicut aliā.

Ad tertium dicendum q̄ licz in  
possibile sit in rebus nature vnum  
z idem esse totū vniuersale z p̄nt  
integrale. respectu eiusdem in rei  
bus tamen ratiōis non est hoc incō  
ueniens. Multa enim sunt impossi  
bilia in re que nō sunt impossibilia  
in rōne. Sicut p̄cedere in infinituz  
in rebus est impossibile. sed in rōe  
nō est incōueniens. Ad quartū  
dicendum q̄ in rebus ratiōis idem  
potest esse totuz integrale z p̄s inte  
gralis respectu eiusdem sub alia cōi  
sideratione z alia. Ad cōfirmatōz  
dico q̄ in rebus nature. omne totū  
est maius sua parte Et illud qd̄ est  
pars sub vna consideratōne nō p̄t  
respectu eiusdem habere ratiōem  
totius. Similiter in rōe. p̄s inq̄tū  
pars minor est suo toto. sed tamen  
illud quod est pars sub vna cōsīde  
ratiōe potest respectu eiusdem sub  
alia consideratōne habere rōem to  
tius. ipso non variato. sed tota vari  
atione cadente circa intellectum.

Ad vltimuz dicendum q̄ maior  
sic habet intelligi illud extra cuius  
intellectum est aliquid. ipsum sic ac  
ceptum non constituit intellectum  
totus aggregati ex illo z alio. Sed  
ipsum consideratū sub alia ratione  
bene potest. sic est in p̄posito. Si. n.  
dicatur. p̄pō est vera. ly p̄pō si con

sideratur solūmodo inq̄tuz est p̄s  
huius totius. p̄pō est vera. sic non  
constituit intellectum huius totius  
Si tamen consideretur inq̄tū p̄di  
cabile est de hac p̄pōne. sic p̄t con  
stituire intellectum totius.

### Questio quinquagesi ma tertia.

Veritur vtz incipiens  
sic loqui. Ego dico fal  
sum. sic simpliciter ve  
rus in dicendo. Et ar  
guitur q̄ sic. Nam sequitur ego di  
co falsum. ḡ dico me dicere falsuz.  
Et sequitur dico me dicere falsum  
ergo dico verū. ergo a p̄ ad vltimū  
sequitur ego dico falsum ergo dico  
verum. Probatio secūde orie. nam  
qui dicit sicut est dicit veruz. s; qui  
dicit se dicere falsum. cum dicat H  
falsum ego dico falsuz. ipse dicit sic  
est. qd̄ ergo dicit se dicere falsum: di  
cit verū. Item sic incipiens loqui  
Aut dicit verū aut falsum. Si vtz  
est in dicendo simpliciter verus. qz  
dicens denominatur a qualitate sui  
dicti. Si dicit falsum. ergo falsum  
est ipsum dicere falsum. cum ḡ nō  
dicat falsum. z dicit aliquā p̄pōnez  
ergo dicit verum. Ad opposituz  
Dicens denominat a qualitate sui  
dicti. sed hec oratio est falsa. ego di  
co falsum. quam dicit incipiens sic  
loqui ergo rē. Ad questōnem  
dicendū q̄ sic incipiens loqui. Ego  
dico falsuz. est simpliciter falsus in  
dicendo verus tñ fm quid. Diffici  
le tamen est hic videre. in quibus



Ue inuuit Aristoteles in 1<sup>a</sup>. Nam  
propter convenientiam in re inter di-  
ctum scdm quid et simpliciter quicquid  
nescimus distinguere inter falsum  
scdm quid et simpliciter. Tñ dico qd  
circa hoc enūciabile, ego dico falsus  
est veritas et falsitas. s; veritas fm  
quid, et falsitas simpliciter. Qd autē  
circa ipsum sit falsitas simplr. Hoc  
patet per hoc qd oratio dicitur sim-  
pliciter falsa, quia est signum falsi.  
quomaz sic incipiens loqui nihil di-  
cit qd sit falsum. Si enī diceret ho-  
minem esse asinū vel aliquid hmoi  
hec esset vera. Qd autem sic incipi-  
ens loqui sit verus fm quid diuer-  
simode ponitur a diuersis. Quidā  
enim ponunt qd est verus fm quid  
quia circa quamlibet orationem fal-  
sam exercetur vere actus dicendi.  
Dicitur aliter qd sic dicens est verus  
scdm quid, quia actu exercito p  
positiōem intelligitur sicut est in re.  
Sed qd ab actu exercito nō dicitur  
oratio simpliciter vera vel falsa. idō  
talīs oratio dicitur scdm quid vera.  
Actu enim exercito intelligitur qd  
ipse exercet actum dicendi circa fal-  
sum, et illud in re est verum. Ad  
primū argumentū dicendum, cum  
dicit ego dico falsum, ergo dico me  
dicere falsum. Dico qd cōsequētia  
non valet formaliter. Sicut non se-  
quitur, homo est animal, ergo dico  
hominem esse animal. Uteriq; po-  
sito qd sequatur licet non formalit.  
dico qd non sequit ulterius dico me  
dicere falsum, ergo sum verus i di-  
cēdo simpliciter, s; est scdm quid  
et simpliciter. Sicut hic, Iste bene

47  
iurat adimplendo iuramentū, ergo  
bene iurat. Similiter sic dicendo,  
Homo est asinus, verum est ipsuz  
dicere falsum, et tamen non sequit  
qd ipse dicat verum. Verū tamen in  
quibusdam sequitur, verus est me  
dicere ergo simpliciter sum verus.  
Sicut hic, Verus est me dicere ho-  
minem esse animal. g<sup>o</sup> sum simplr  
verus, et hoc est in illis i quibus est  
veritas in actu signato et in actu ex-  
ercito. Unde sequitur, verus est me  
exercere actum dicendi circa falsuz  
g<sup>o</sup> illud circa qd exerceo est falsum.

Ad aliud enim dicitur, sic incipi-  
ens loqui, ego dico falsuz, aut dicit  
verum aut falsum. Dico qd dicit p  
positiōem que est falsa. Et ulterius  
cum dicitur, ergo falsum est ipsum  
dicere falsum. Dico qd nō sequitur,  
sed magis sequitur, ergo verus est  
ipsum dicere falsum. Et ex hoc nō  
sequitur qd dicat verum sed magis  
qd dicat falsum.

#### Questio quinquagesi- ma quarta.

Veritur utrū scutum  
cur<sup>o</sup> vna medietas est  
alba et alia nigra debe-  
at dici album vel nigrū

Qd alter probatio. Nam qd est in  
genere est in aliqua ei<sup>o</sup> specie, cuz ge-  
nus nihil aliud sit realit<sup>o</sup> qd sue spe-  
cies, sed tale scutum potest dici colo-  
ratiū, sed non est coloratiū aliquo  
medio colore, ergo vel dicitur albū  
vel nigrum. Item quod inest pti  
alicuius totius denominat totum,

Nam homo dicitur crispus. cum tamen crispitudo sit solus in capite. ergo multo fortius quod inest inelictati alicuius totum denominabit.

Item Aristoteles dicit in. v.° phy sicorū. q̄ homo sanatur q̄ iborax eius sanatur. Ergo eadem ratione sententiam potest dici albus. quia eius media pars est alba. Ad oppositum. qua rōe huiusmodi corpus diceretur album. eadem ratiōe diceretur nigrum. Et sic idem simul et semel a duobus contrariis denominaretur. Ad questōnem dicendum. q̄ tale corpus d̄ necessitate altero istoz quattuor modoz se habebit. Uel enī dicitur albus et nigrum vel neq̄ album neq̄ nigrum. Uel fm̄ quid nigrum et simpliciter album. Uel fm̄ quid album et scdm̄ quid nigrum. Primum est impossibile. q̄ tunc cōtraria simul eidem inessent. Nec secundum: q̄ ponit q̄ una eius medietas sit alba et alia nigra. Nec tertio modo. quia non est maior rō quare tale corp⁹ dicat̄ simpliciter albus et fm̄ quid nigrum q̄ cōuerso. ergo oportet q̄ dicatur fm̄ quid album et fm̄ quid nigrum. Ad primū argumentū cum dicitur. Illud qd̄ est in genere est in aliqua eius specie. Dico q̄ illud quod est in genere sic homo in animali d̄ necessitate est in aliqua eius specie. Sed tamen illud quod denominat̄ ab aliquo genere nō oportet q̄ simpliciter ab aliqua eius specie denominetur. sed scdm̄ quid ab una et scdm̄ quid ab alia.

Ad aliud dicendum q̄ quedā

sunt accidentia q̄ determinat̄ partes in toto sicut crispitudo in homine determinat sibi caput. et quod inest isto modo parti potest totum denominare. Sed quedā accidentia non determinat sibi aliquam partem in toto. Et quando tale accidens inest parti. nō oportet q̄ denominet totum et talia accidentia sunt albus et nigrus.

Sed si dicatur q̄ siue accidentia determinent partem in toto siue nō semp̄ videtur q̄ p̄cessus a parte ad totum. vel a denominatōe que fit a parte ad denominatōem totius. causet scdm̄ quid et simpliciter. Uñ hic videtur esse fallacia fm̄ quid et simpliciter. Est crispus fm̄ caput. ergo est crispus. quia denominatō scdm̄ partem est scdm̄ quid respectu denominatōis totius. Dicendum q̄ hic non est fm̄ quid et simpliciter. Est crispus fm̄ caput ergo est crispus. Nam ratio scdm̄ quam predicatū attribuitur subiecto in antecedente non est scdm̄ quid respectu ratiōis qua predicatū attribuitur subiecto in cōsequente. Unde non fm̄ plus fit denominatio dicendo. homo est crispus. q̄ dicendo q̄ hō est crispus scdm̄ caput. et hoc est ex natura speciali eius quod dico crispus. Ad tertium dicendum. q̄ ratio accipit falsum. Nam si homo posset dici sanus quia sanatur scdm̄ iborax. eadem ratiōe posset dici infirmus. si infirmaretur scdm̄ caput vel scdm̄ oculū. Et tunc vnus et idem posset dici sanus et eger. Sed Aristoteles intendit ibi q̄ aliquid potest inesse

parti alicuius totius. Et aliquid potest inesse alicui toti primo. Et aliquid potest inesse alicui per accidens. Unde non intendit quod ista habuendo sit bona simpliciter. pectus sanatur ergo homo sanatur.

Questio quinquagesima quinta.

Veritur. Utrum ignorantia elenchi sit locus distinctus ab alijs. Et videtur quod non. Nam vnusquisque locus sophisticus. sicut habet sua principia propria. sic habet suam solutionem propriam. Sed ignorantia elenchi. et secundum quid et simpliciter habent vnam solutionem. ergo non sunt fallacie distincte. Minor patet per Aristotelem qui dicit. Qui sunt secundum quid et simpliciter. et secundum diminutionem rationis. soluendi sunt considerando conclusionem ad contradictionem. Item quod non distinguatur a secundum quid et simpliciter probatur. Nam sicut in secundum quid et simpliciter proceditur a quo ad simpliciter. sic in ignorantia elenchi proceditur a quo ad simpliciter. Sicut enim hic proceditur. Est albus secundum dentes. ergo est albus. Similiter hic. Hoc est duplicem ad hoc secundum longitudinem. et non est duplicem ad h

48  
secundum latitudinem. ergo est duplicem et non duplicem. Unde in modo arguendi non videtur differre. Item illud in quod aliquid reducitur ab eo non distinguitur. in quantum in illud reducitur. Sed omnes loci sophistici reducuntur in ignorantiam elenchi. Ergo ab illis non distinguitur ignorantia elenchi. Ad oppositum est Aristoteles. qui numerat hunc locum inter locos extra dictionem. Et nisi ab alijs distingueretur non essent septem loci extra dictionem.

Ad questionem vero. quod ignorantia elenchi numeratur inter alios locos sophisticos extra dictionem. Et ab alijs distinguitur. Nam loci sophistici distinguntur secundum suas causas apparentie. sed causa apparentie in ignorantia elenchi est apparens identitas apparentis contradictionis ad veram contradictionem. Circa hoc notandum quod eadem est definitio syllogismi et elenchi. nisi quod oportet addere contradictionem. Ex quo sequitur quod quedam sunt conditiones speciales ipsius elenchi. Et quedam communes. Unde licet omnes alie fallacie peccent contra elenchum. Et in hoc quolibet possit dici ignorantia elenchi. Tamen ista fallacia specialiter peccat contra proprietates quas elenchus addit supra syllogismum. Que sunt quatuor. scilicet. Ad idem. secundum idem. similiter. et in eodem tempore. Et quia sic peccat contra conditiones proprias ipsius elenchi. ideo secundum quandam excellentiam vocat ignorantiam elenchi.

Et ex hoc sequitur ulterius q̄  
quatuor sunt modi huius fallacie.  
qui accipiuntur fm̄ istas quatuor  
pprietates. s. ad idem. sc̄dm̄ idem.  
similiter. ⁊ in eodem tempore.

Ad primū argumentū dicendū  
q̄ illa cōsequētia non valet. eadem  
est ars solvendi paralogismos fm̄  
quid ⁊ simpliciter. ⁊ sc̄dm̄ ignoran  
tiam elenchi. ergo ignorantia elenchi  
⁊ sc̄dm̄ quid ⁊ simpliciter sunt idēz  
locus sophisticus. Nam solutio est  
manifestatio defectus. Et nihil pro  
hibz eodē defectus diversis cau  
sis apparentie posse regi. Vel potest  
dici q̄ licet ignorantia elenchi ⁊ fm̄  
quid ⁊ simpliciter habeant eandēz  
soluōnem cōmūnem nō tamen spe  
cialiter: Nam in sc̄dm̄ quid ⁊ simpli  
citer apparentia est identitas dicti  
sc̄dm̄ quid ad dictum simpliciter. ⁊  
causa nō existentie est diversitas eo  
rūdem. Un̄ solutio specialis ī sc̄dm̄  
quid ⁊ simpliciter. est manifestatio  
varietatis inter dictum sc̄dm̄ quid  
⁊ simplr. Sed apparentia in igno  
rantia elenchi est identitas cōtra  
dictionis apparentis ad veram cōtra  
dictōem. Et solutio specialis est ma  
nifestatio diversitatis iter ea. Et nō  
non sequit̄. cum ignorantia elenchi  
⁊ sc̄dm̄ quid ⁊ simpliciter habeant  
diversas soluōnes speciales q̄ sint  
idem locus. Ad aliud dicendum  
q̄ licet in eodēz paralogismo possit  
esse sc̄dm̄ quid ⁊ simpliciter. Et igno  
rantia elenchi. Hoc tamen erit alia  
ratione ⁊ alia. Quia in sc̄dm̄ quid  
⁊ simpliciter vt dictūz est. causa ap  
parentie est identitas dicti fm̄ quid

ad dictum simpliciter. Sed in igno  
rantia elenchi causa apparentie est  
identitas cōtradictōis in premissis  
ad veram cōtradictōem in cōclu  
sione. Et ex h̄ sequit̄ q̄ sc̄dm̄ quid  
⁊ simpliciter possit esse sine ignoran  
tia elenchi. qz pōt esse sine apparen  
ti cōtradictione. quia hic est sc̄dm̄  
quid ⁊ simplr. Iste est albus sc̄dm̄  
dentes. ergo est albus. ⁊ tamen hic  
non est cōtradictio apparens. Ad  
ultimū dicendū q̄ ignorantia elen  
chi inq̄rtum alij loci reducūtur ad  
ipsam est elenchi generalis. vnde in  
ignorantiam elenchi specialem que  
distinguitur ab alijs locis nō redu  
cuntur fallacie. Sed ex premissis  
videtur sequi q̄ ignorantia elenchi  
est locus in dictōe. Nam ex q̄ eius  
apparentia accipitur a cōtradictōe.  
⁊ cōtradictio est a pte vocis. v̄ q̄  
eius apparentia accipitur a voce.  
Unde cum peccet contra cōtradicti  
onem. videtur sequi q̄ sit locus in  
dictōe. quia loci in dictōe specialr  
peccant contra cōtradictōem. Sed  
dicendum est q̄ ignorantia elenchi  
non est locus in dictōe. Qd̄ inquit  
Aristoteles cum dicit. Trabat autē  
aliquis hunc locum in eos qui sunt  
in dictōe. per hoc dicens q̄ non pōt  
poni locus in dictōe nisi p̄ quādam  
violētiā. Et dicendum est q̄ ad  
cōtradictōem non soluz requirit̄  
vnitas vocis sed etiam vnitas rei.  
quod patet p̄ diffinitōem cōtradi  
ctionis. Cōtradictio non est nomi  
nis tū sed rei ⁊ nominis. Unde si  
apparens cōtradictio accipit̄ a pte  
rei. tunc est ignorantia elenchi. Si

ex pte vocis tūc est locus in dictione  
Uel potest dici q̄ peccare cōtra con-  
tradictionem est dupliciter. Aut ita  
q̄ paralogismus inferat cōtradicti-  
onem alicuius p̄con- . Aut q̄ vi-  
deatur apparenter concludere con-  
tradictoria non habendo respectus  
ad p̄concessionem respondentis.  
Primo nō peccant loci in dictione  
contra cōtradictionem. Et quia elen-  
chus est magis contradictorius per  
respectum ad respondentem. ideo  
loci in dictione specialiter dicuntur  
peccare contra contradictionem. Se-  
cundo nō nihil prohibet quin igno-  
rantia elenchus scdm̄ quid et simpli-  
citer peccet contra contradictionem  
Uel potest dici q̄ ignorantia elenchus  
et scdm̄ quid et simpliciter peccant  
contra illatōem. quia inter p̄missas  
negatiuam. et partem negatiuā con-  
clusionis est defectus illatōis.

Questio quinquage-  
sima sexta.

Veritur utrum ista cōse-  
quentia sit bona. Hoc  
est non duplus. ergo h̄  
non est duplum. Et vi-  
detur q̄ non. Nam aliquid stat cū  
antecedente. quod est incōpossibile  
consequenti. ergo cōsequencia nulla  
Ista enī stat simul. hoc est duplum  
et hoc est non duplū. Et tamen ista  
hoc est duplum. non stat cum h̄ cō-  
sequente. hoc nō est duplū. Assum-  
ptum patet p̄ Aristotelem qui dicit  
secūdo huius. q̄ nō est incōueniens  
fateri idem esse duplus et nō duplū

ergo stat simul. Item. sicut ad  
positionem pluriū. non sequitur po-  
sicio paucorū. et hoc sub indetermi-  
natione. sic ad negatōnem paucorū  
non sequitur negatio pluriū. Sicut  
enim non sequitur. Animal currit.  
ergo homo currit. sic non sequitur  
Homo non currit. ergo animal nō  
currit. ergo ad negatōnem extremi  
non sequitur negatio cōp̄sitiōis  
et extremi. Item non sequit̄. hoc  
est non simile. ergo nō est simile. q̄  
aliquid stat cū antecedente. quod  
est incōpossibile consequenti. Nam  
ista stat simul. hoc est simile. et hoc  
est dissimile. Et sequit̄. hoc est dissi-  
mle. ergo est non simile. Et tñ ista  
hoc est simile. non stat cum h̄ conse-  
quente. hoc non est simile. Ad op-  
positum sequitur. Hoc est non du-  
plum ad a. ergo non est duplū ad a  
Ergo absolute sequitur. hoc est nō  
duplum. ergo non est duplum.

Item negatio infinitans negat si-  
gnificatum termini. sed significatus  
huius quod dico duplus. est quidā  
respectus. ergo negat respectum. et  
si negat respectum nihil relinquit̄.  
ergo r̄. Ad questōem dicendū  
q̄ consequentia bona est. nam signi-  
ficatum huius quod dico duplum.  
est quidam respectus. Non est aut̄  
intelligendum q̄ supra significatus  
relatiui. fundet respectus tanq̄ ha-  
bitudo media inter relatiuū et suū  
cōrelatiuū. Sed illud qd nomine  
relatiui importat̄ respectus est. sed  
negatio infinitans negat significatū  
termini. Sic ergo dicto. hoc est. nō  
duplū. negat̄ vniuersal̄ respectus

Quo negato. non dicitur ad diuul  
dium. Ergo sequitur. Hoc est non  
duplum. ergo non est duplum. Et  
per Aristotelem in libro Periberti  
menias. Non currere indifferenter  
reperitur in eo quod est. et qd non  
est. preterq̄ in cursu. Ergo non du  
plum reperitur in eo quod est. et qd  
non est. preterq̄ in duplo. Duplum  
ergo et non duplum veram contrai  
dictionem important. Sed cuiusq̄  
attribuitur vnum contradictorioꝝ  
ab eodem remouetur reliquum. se  
quitur ergo. Hoc est non duplum.  
ergo non est duplum.

Ad pri  
mam rationem dicendum q̄ nō est  
inconueniens fateri idem esse duplū  
et non duplum. cum diuersis deter  
minatōibus. vt q̄ sit duplum ad a.  
et non duplum ad. b. Tamen abso  
lute loquendo sic. Et h̄ est quod di  
cit Aristoteles q̄ non est inconueni  
ens idem esse duplum et non duplū

Ad secundam dicendum q̄ non  
est magis negare compositōnem et  
extremum. q̄ extremum p̄ se. nam  
in interemptōne antecedentis. inclu  
ditur interemptio consequentis.

Ad vltimam dico q̄ sequitur  
Hoc est non simile. ergo non est si  
mule. Et cum probatur q̄ ista s̄t  
simul. Hoc est simile. et hoc est non  
simile. Dico q̄ non est vex. Et cum  
dicitur vterius. q̄ ista stant simul.  
Hoc est simile. et hoc est dissimile. et  
q̄ sequitur. Hoc est dissimile. ergo  
hoc est non simile. Dico q̄ ista com  
sequentia non valet. quia per h̄ qd  
dicitur dissimile. importatur quidā  
respectus ad dissimile quod est dissimile

suo dissimili. S; per h̄ quod  
dico. non simile. paratur respectus  
Et a positione respectus ad vnum.  
non sequitur ratio respectus ab  
alio.

Finis. Laus deo

Registrum a. b. c. d. e. f. g.  
Omnes sunt quaterni. preter. f.  
qui est ternus. et g. qui est diuersus

Explicit questiones elenchoꝝ  
subtili Doct. Scoti accuratissime  
impresso Anno dñi Millesimo qua  
dringentesimo Nonagesimo Tertio.





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.













Ex. completo com 50 fls.





